HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Deus uarie genus dispensat humanum. nec punit nec mi
seretur. nunc corripit nec defendit. idem nunc arat. nec
seritur. Maturas fruges metit ac de messe in areis tertit.
orbemque suum gubernat ut uoluerit. gyth ac cyminum
idem omnes gentes quae non receperit eius noticiam. nec
legis habuere precepta. urga emundat ac baculo.
Frumentum autem idest populum iudeorum magnus torquebit
supplicius. cum enim plus creditur plus exigitur ab eo.
Et seruus qui cognouerit uoluntatem domini sui ac non fecere
rit eam. uapulabit multis. Et in alio loco scriptum est.
Potentes potenter tormenta patiuntur. Verumtamen
non eos torquebit in perpetuum. Aliud enim est ecce impium aliud
peccatorem. quod nos in gentibus ac iudeis interpretati
sumus. alii exponunt super populo ac sacerdotibus. quo uul
gus indoctum in die iudicii quasi gyth ac cyminum cor
ripiatur urga ac baculo. Sacerdotes autem qui habuerit
clauem scientiae magnis supplicius torqueantur. ac hoc
domini fiat iudicio qui ostendit mundi mirabile
consilium suum ac iusticiae ueritatem. ut qui plus accepe
rit plus exigatur ab eis. Pro eo quod nos interpretati sumus
in urga excutietur gyth ac cyminum in baculo. nescio
quid uolentes lxx transtulerit. cyminum autem cum pane
comeditur. denique ac ueteres graeciae interpretes he
braicum deserentes de hoc sermone tacuerunt. quod
forsitan quod dicerent non habebant. Illud autem inquit
nos iuxta hebraicum posuimus uerum non peccatum
triturans triturabit illum neque uerabit illum rota
plaustri nec ungulis suis comminuet eum. lxx iuxta
uerbum si iuxta sensum interpretati sunt. Neque enim